

Forum Beneficiale, Sive Quæstiones & Responsa Canonica

Materiam De Beneficiis Universam Ex Beneficialistarum tam antiquorum,
quàm recentiorum placitis complectentia. Opus methodo novâ, & clarâ in
tres digestum Partes ... accuratè, ac copiosè instructae

De Beneficiorum Ecclesiasticorum Natvra, Erectione, Qualitatibvs Ad Ea
Obtinenda Requisitis ...

Leuren, Peter

Coloniæ Agrippinæ, 1704

305. An præsentatio actu non clerici sit ipso jure nulla.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74477](#)

quia dilig. & ibi. Abb. n. 7. Garc. de benef. p. 11. c. 10. num. 161. Sanch. Barb. & alii apud Pass. loc. cit. si vero est occultum, etiam Episcopus AA. idem.

PARAGRAPHVS II.

De Clericatu, SS. Ordinibus, & Professione.

Questio 302. An ad obtainendum viā electionis, vel alia quacunque beneficium quodcunque Ecclesiasticum requiratur Clericatus seu prima tonsura?

Respondeo affirmativè. c. cum adeo, de rescrip. ibi. Abb. n. 3. & Felin. num. 4. c. ex literis. de transact. Garc. p. 7. c. 1. n. 10. Selva. de benef. p. 1. q. 7. num. 8. Paris. de resign. l. 4. q. 2. n. 4. Rebuff. in praxi tit. de Clericis. n. 4. Corrad. in praxi benef. l. 1. c. 5. n. 100. Laicus enim est incapax possidendi iura spiritualia. c. si quis deinceps. 16. q. 7. Non sufficit itaque destinatum esse ad Clericatum iidem AA. & Pass. cit. c. 25. n. 335. contra Gl. in c. 2. de institut. sententem Laicum esse capacem beneficii, si sit alicuius Ecclesiae converitus, qui incedat tonsuratus, & animi destinatione jam sit Clericus. Nec sufficit aliquem communione reputatum pro Clerico. Garc. loc. cit. n. 12. citans Zech. Paris. loc. cit. Pass. n. 337.

Questio 303. An igitur collatio beneficii facta alicui, qui tempore collationis non erat actu Clericus, sit ipso jure nulla?

Respondeo affirmativè: Sextus V. in Constit. sua: cùm sacrosanctam 97. apud Pass. num. 338. Neque collatio tali facta per supervenientem Clericatum revalidatur. Corrad. loc. cit. n. 101. citans Mandol. & Garc. cùm habilitas superveniens, actu nullo ex defectu existente tempore actus, nihil operetur. Paul. de Castro. in l. si cum dote, ff. soluto matrim. quem. dos petatur. Proceditque adeò responsio, ut si post receptam supplicationem & expeditionem literarum in continente, etiam antequam eas obtineat orator, fiat Clericus, collatio adhuc sit nulla. Corrad. loc. cit. n. 109. Paris. loc. cit. n. 17. Item ut, si Papa conferret beneficium laico tanquam Clerico, nominando illum in literis provisionis Clericum, talis provisio & nominatio jus nullum conferat. Corrad. loc. cit. n. 105. citans Boér. decisi. 171. n. 35. Item ut, si Papa conferret beneficium alicui destinato ad Clericatum nondum Clerico, collatio nulla sit, si in rescripto non fieret hujus tantum destinationis ad Clericatum mentio his vel similibus verbis: mandamus provideri, vel conferimus tali, cupienti adscribi militie Clericali. Sanch. l. 2. opusc. dub. 9. n. 3. Abb. in cit. c. ex literis. Pass. n. 636. Observatque hic Corrad. loc. cit. n. 121. contra Mandol. hodiecum non admittit à Dataria Apostolica supplications laici, in quibus is assertit se scholarem esse, qui Clericali charactere insigniri cupiat. & n. 126. ait: hanc tamen esse praxim, ut si Papa provideri velit Oratori nondum Clerico, non admittat supplicationem sub nomine Oratoris laici, sed is nondum Cleri-

cus, nominetur tamen Clericus in supplicatione, quæ postquam fuerit signata, retinetur in officio parvæ dataria, usque èd, quod apponatur data, interim verò orator fit Clericus, & sic postmodum habebit datum post Clericatum. Quòd si eodem die, quo apponitur data in supplicatione reperiatur orator Clericatus, nec discerni posset, an data vel Clericatus præcessisset, tunc, quia ubi ad essentiam actus aliquid debet esse prius altero, si utrumque reperitur factum eodem die, præsumitur in dubio præcessisse id, quòd pro ipsius actus validitate præcedere debebat. Paris. cit. q. 2. n. 35. Qualiter autem orator, qui in supplicatione se Clericum falso dixit, ad eò que beneficium etiam à Papa obtinuit nulliter, ex usu dataria de novo supplicationem formare debeat. Vide apud eundem Corrad. loc. cit. num. 134. His tamen non obstantibus, Capellania erecta in beneficium auctoritate Ordinari conferri poterit infanti ante primam tonsuram; non ut eam possideat tunc titulus beneficii, seu ut beneficium, sed titulo sacerulari, usq; dum fiat Clericus, & ex tunc eam teneat ut beneficium, si fundator sic disposuerit, exprimendo eam dari posse pueru ante primam tonsuram titulu sacerulari: nam ubi simpliciter tantum disposuerit dari eam posse pueru ante primam tonsuram. intelligeretur de Capellania ut beneficio, adeò que non valeret talis dispositio. Garc. 1. p. c. 2. n. 31.

Questio 304. Num igitur Papa etiam laico mansuro laico conferre possit beneficium Ecclesiasticum?

Respondeo affirmativè. Felin. in c. causam. de prescrip. num. 6. Abb. in c. quòd DEI timorem, de statu Monach. Corrad. loc. cit. num. 135. Paris. loc. cit. num. 32. & Canonista communiter in c. Joannes. de Clericis conjugat. Et sic de facto Rex Galliæ est Canonicus in Ecclesia S. Hilarii Pictavij. idemque privilegium habent familiae quædam principales alia, de quo vide Corrad. num. 132. & seq. Barb. de potest. Episc. alleg. 72. n. 73. quanquam dicat Garc. loc. cit. num. 29. quòd dum ex privilegio principali conceditur laico beneficium, illud efficiatur quid saceruale in mera temporalitate percipiendi fructus consistens; sic quoque ex privilegio Apostolico feminæ incapax Clericatus, obtinere potest beneficium. Corrad. loc. cit. n. 141.

Questio 305. An etiam presentatio (quæ tunc censetur fieri, quando litera presentationis traduntur Ordinario) alicuius tunc actu non Clerici sit ipso jure nulla, et si in continentia post fiat Clericus?

Respondeo affirmativè. Lambert. p. 1. l. 2. q. 7. a. 2. num. 15. Corrad. num. 110. Hojed. de incompar. benef. p. 1. c. ult. n. 71. Pass. n. 339. Non tamen requiritur Clericatus tempore nominationis, sive dum conficiuntur dictæ literæ. Lamb. loc. cit. q. 4. a. 16. Pass. loc. cit. citans plures alios; sed &c, dum præsentatur quis non absoluè, sed præsentans dicit: præsento talem de proximo clericandum: vel præsento talem, & peto illum ordinari primam tonsuram sufficit, ut sit Clericus intra tempus concessum patrono ad præsentandum, quia ex eo modo præsentandi satis colligitur, quod saltem virtuiter præsentetur in tempus, & pro tempore, in quo præsentatus sit Clericus. Pass. loc. cit. n. 340. Garc. p. 7. c. 1. num. 28. & 29. Quin itaq; si intra tempus

Conditionibus quasi supernatural.

107

ad presentandum concessum clericandus præsentetur absolute, absque tamen eo, quod præsentetur ut factus Clericus, deberet hoc ipsum (nimis) quod præsentetur in tempore, quo fit Clericus, sub-intelligi & præsumi, cum quisque præsumatur agere validè & non inutiliter. *Paris. loc. cit. citans Paris. l. 4. q. 2. n. 6.*

Questio 306. *Num quoque electio actu non Clerici sit ipso jure nulla?*

Respondeo affirmativè: eò quod laicus, ut di-
ctum, incapax sit omnis juris spiritualis, qua-
le nascitur electo etiam per electionem, adeò
que postulari possit, non eligi. Quia in etiam non re-
tinet electione, quod modo dictum, de præsentatione,
quia per electionem de præsente datur electo
jus, & electio nequit esse conditionata tali condi-
tione, ut electus fiat Clericus. Sed neque in exem-
plum trahi possunt electiones quædam factæ ex
speciali instinctu Spiritus sancti, puta S. Nicolai,
S. Ambrosii, &c. *Paris. num. 341. contra Felin. ad c. super his. de accus. num. 16. Barb. ad c. massana. de elect. num. 3.* sentientes posse laicum sanctitate præ-
clementem eligi in Episcopum; eò quod non eligatur,
ut præsit, nisi fiat Clericus, & laicus conten-
tientis electioni non acquirat jus, priusquam con-
fuerit in Clericatum.

Questio 307. *An dicta de nullitate colla-
tionis, presentationis, electionis locum quo-
que habeant in Clericis conjugatis (intellige
in Ecclesia latina, seu non viventibus ritu
Grecorum) vel etiam carentibus executione
Clericatus, seu quibus Clericatus collatus
nulliter quoad executionem, v. g. ordina-
tis ab alieno Episcopo sine dimissoriis?*

1. **R**espondeo ad primum affirmativè. *c. sanè.
c. quod à te. de Clericis conjugat. Garc. p. 5. c. 8.
num. 3. Sanch. de matrim. l. 7. d. 46. num. 14. Cor-
rad. num. 131.* citans plures alios; Clericus enim
conjugatus reputatur in omnibus tanquam laicus,
præterquam in privilegio canonis: *si quis fudente.
& in privilegio fori Ecclesiastici in criminalibus.
c. unico de Cler. conjugat. m. 6.* Porro cum tali, ne-
quidem in ordine ad simplex beneficium dispen-
sare potest Episcopus. *Selva. de benef. p. 1. q. 7. n. 17.
Hojeda de incompat. benef. p. 1. c. 24. num. 77. Cor-
rad. loc. cit. num. 117.*

2. Respondeo ad secundum quoque affirmati-
vè. *Corrad. n. 147. & seq. Boërius decis. 171. n. 26.*
cum paria sint ad effectum obtinendi beneficij,
non esse. & esse, & non habere administrationem,
seu non habere characterem, & habere illum tali
modo, ut caret executione, quia tunc est quasi
non esset. *Boëri. loc. cit. Carol. de Grassis. de ef-
fect. Clericatus eff. 15. num. 28.* ubi & vide plures
alios, in quibus Clericus efficitur beneficii
incapax. Porro licet in casu istiusmodi malæ col-
lacionis Clericatus possit ea ab Episcopo proprio
ratificari, & sicut taliter Clericato tolli dicta in-
habilitas. *Paris. loc. cit. num. 66.* necesse tamen est,
ut ea ratificatio fiat prius, & sic male Clericato
conferatur beneficium, alioqui ipsa collatio adhuc
erit nulla. *Franc. in c. si eo tempore. de rescr. in 6.
num. 8.* Etsi iuxta idem beneficium conferatur
alteri, ratificatio ista seroveniens non operatur,
aut retrotrahitur in præjudicium tertii impetranti.
Paris. loc. cit. apud Corrad. num. 150.

Questio 308. *Num dicta de inhabilitate
non Clerici ad obtainenda beneficia Ecclesiasti-
ca locum quoque habeant quoad pensiones
super fructibus beneficij?*

Respondeo affirmativè. *Lott. dere benef. l. 1.
q. 40. n. 121. Corrad. loc. cit. num. 156. Ugol.
de potest. Episc. c. 50. §. 1. n. 2. Tusc. l. B. concl. 56.
contra Abb. & alios. ad cap. audiencem. de rescr.* Licer enim pensione in rigore non sit beneficium Ec-
clesiasticum. *Selva. loc. cit. q. 3. nu. 11.* differatque
ab eo in pluribus, de quo vide *Paris. l. 2. q. 15.* Li-
cer etiam de jure communi laicus sit capax pensio-
nis. *Gigas de pension. q. 21.* & alii; hodie tam
en ex diurna Curia Romana praxi & stylo re-
ceptum, ut pensiones tales non nisi primâ tonsurâ
in signis constitui possint, *AA. iidem pro responsione* citati. Nec dataria Apostolica in praxi ad-
mittere consuevit pensionum reservationes, nisi
pro Clericis beneficiorum capacibus, ac proinde
dictus stylus & praxis servarur pro lege. *Corrad. num. 163.* citans plures alios. Ita etiam, ut si pen-
sionarius tempore reservationis pensionis sit lai-
cus, reservatio sit nulla. *Corrad. n. 165.* citans deci-
siones Rota, *Ro. p. 3. l. 3. divers. item num. 70.* Con-
firmantur hæc ex eo, quod Leif. de just. l. 2. c. 35. n. 29.
dicat, pensionem esse rem spiritualem tanquam
beneficium quoddam, & hodie Rota tenet, quod
pensione non sit res profana. *Paris. loc. cit. q. 4. n. 54.*
eò quod hodie ex moru proprio Pii V. habeat
annexum onus spirituale, nempe recitandi quoti-
die officium B. Virginis; de quo tamen vide dic-
enda in contrarium 3. p. ubi de resignatione sub
reservatione pensionis. Item quod quoad privile-
gium fori pensionarius veniat appellatione bene-
ficiati. *Sperel. in decis. fori Ecc. decis. 65. num. 24.* Porro idem de reservatione fructuum loco pensio-
nis dicendum, nimis hos non constitui nisi Cle-
ricis. de quo vide *Corrad. n. 167. & seq.* uti & de
hac materia pensionum competentium non nisi
Clericis.

Questio 309. *An, & qualiter in impetra-
tione beneficij exprimendus sit Clericatus?*

Respondeo: tametsi olim satis erat implicitè
narrare qualitatem Clericatus, & non narrata
includebatur sub clausula: *si idoneus sit: c. cum adeo.
de rescr.* modò tamen positivè & explicitè ex stylo
Curia est exprimenda. *Lott. l. 3. q. 35. num. 1. &
2.* citans Abb. Jo. Andr. Imol. & alios passim in
cit. c. cum adeo. Neque alter hodie signatur sup-
plicatio, & signata per officiales relaxatur. *Lott. ibid. n. 3.* citans *Paris. de resignat. l. 4. q. 2. n. 9.* Et si
literæ exhiberentur expressæ sine hac narrativa,
utique velut contra stylum extortæ, suspectæ essent
de falso. *Lott. nu. 4.* citans *Rebuff. ad reg. confit.
tom. 3. de consuet. a. 7. gl. 13. nu. 347.* Porro obser-
vandum, nomen Clerici sumptum in genere gene-
ralissimo, prout suader ratio nominis (utpote de-
ductum à verbo καπέλος, quod sortem significat)
sumitur pro electo in fortē Domini, id est, pro ad-
dicto servitio Ecclesiæ; non solum capit ordinatum
sacramento Ordinis, aut prima tonsura, sed
etiam qui citra ordinem aliquem est mancipatus
Ecclesiæ, adeoque omnes omnino Ecclesiasticas
personas juxta c. cum non ab homine, & Abb. ibi n.
2. Dec. n. 8. Alciat. n. 8. *Lott. loc. cit. n. 12.* Unde si
laicus conversus aut Miles Hierosolymitanus, ne-
quidem